

116. — 9. — ONCIDIUM FUSCATUM Rehb. fl. MSS. Rehb. fl. Xen. I. p. 132: *Miltonia Warscewiczii*:

Adsunt ramuli duo flexuosi cum vestigiis caulis primarii, quorum alter quatuor, alter quinque bracteas naviculares acutas ovario pedicellato quater breviores gerit. Flores illis *Odontoglossi Karwinskii* Rehb. fl. subaequales. Sepala ac tepala cuneato ligulata obtuse acuta margin'e crispula obscura (cinnamomea?). Labellum sepalis bene longius ovatum, oblongum labellatumve, antice bilobum seu retusum cum apiculo, basin versus velutinum, duabus tertiiis inferioribus obscurum concolor, anticum pallidum (cinnamomeum albumque?). Gynostemium crassum ac brevissimum, siccum vix linearie excedens. Androclinium postice angulatum angulum versus utrinque angulo insilienti; aperto marginatum; limbi sovaeae utrinque Miltoniarum more evoluti; dens rostellaris linearie retusus; tabula infrastigmatica margine superiori emarginato; lobo utroque laterali nunc simpliciter integerrimo, nunc paucicrenato; utrinque paucisulcatum; labellum mediae tabulae (nec lateribus) adnatum! — Planta mibi diu dubia, cum an ad *Oncidium*, an ad *Miltonias* melius ducenda, nescirem; nunc tandem cum proprio Marte, tum suadente ipso ill. Lindley huc ducta, cum utrique nostrum novum genus non statuisset. — Detecta a nob. de Warscewicz.

*Obs.* Eandem specimen, seu valde affinem, jam diu novimus ex herbario Pöppigiano; sed statu deplorabili. Adsunt icon, specimen, scheda. — Icon profert plantam bipedalem. Folia stipantia tria, cuneato oblongo acuta. Pseudobulbus oblongus monophyllus, folio reliquis foliis aequali. Pedunculus paulo brevior nudus, apice biflorus, supra florem superiorem decisus, ebracteatus (*Tetradynamarum* more). Flos exakte idem, quem descriptissimus, sed duplo major; sepala ac tepala pulchre undulata. Adscripta haec: „Bleibt weg. Blumen im Herbar zerstört gefunden.“ — „*Sobralia biflora Ruiz. Pav.*“ (omnia praeter „biflora“ radendo prope destructa. —) „Diar. bot. N. 1765. Genus pone Catleyam cf. Icon. bot. Reg. t. 953.“ Specimen videtur iconi inservisse. Pseudobulbus oblongo ligulatus levissime paucicarinatus, nitidissimus cicatrice folii latissima. Vaginae foliorum stipantia tres. Pedunculi vaginae glumaceae erectae sex; portio florida brevis. Bracteae glumaceae tres illis plantae Warscewiczii his terve longiores, scilicet duas pollicis tertias longae. Flos a vermbus prope destructus sepalorum tepalorumque spolia gerit pallidiora angustiora. Labelli — quondam vermbus deliciosi — residua labello plantae Warscewiczianae similia, nervorum rete idem. Folia cuneato oblongo acuta subpedalia, tres pollices lata.

Scheda haec offert: „1765. Pone Catleyam. Scapus 2—3 flor. Perianth. ex cinnamomeo flavescens, foliol. undulatis. Labellum sordide purpur. subrotundum, obcordatum, margine anteriore albo limbatum, medio discum incrassatum vernicosum ferens, appendice propria supra basin adauictum, mediante codem cum gynostemio ad stigma usque connatum. Gynost. breve, 3' que tr. truncatum. Poll. mass. 2, cerea. caudicula linearie glandulae stigmatis conicae compressae acutissimae affixa.“

Cuchero Febr. 1830.